



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO II.

An sacerdos remittere peccata possit?

§. 1. **P**iscator, [Quum remittere peccata sit proprium opus Dei: sacrilegium igitur committit Papa, quod hanc potestatem sibi arrogat. Quod autem Christus ministris verbi dedit potestatem remittere peccata, Joh. 20. v. 23. id intelligendum est de annunciatione remissionis peccatorum ex mandato Dei: qui mandauit, ut ministri verbi omnibus ac solis respicientibus, & in Christum credentibus remissionem peccatorum certo annuntarent ipsius nomine.] Respondeo cogitare Piscatorem mala in corde suo, ut cogitant Iudæi. Nam Papa eo modo sibi potestatem datam intelligit, qua Christus dixit: Quorum remiseritis &c. Ioan. 20. v. 23. Quod ait ille mandatum, ut remissionem peccatorum annuntiarent, glossa est Caluiniana, non Christi mandatum.

In sacerdote non agnoscere ministerium, in Deo autem suam auctoritatem supremam, ipse quoque calumniosus sacerdotum non ignorat. Non igitur diuinum honorem amittit, qui munus acceptum, non autem aliquid diuinum exequitur. Verum hac de re sermo erit cum Ioannes exponetur. Id solum moneo, non mirum esse, si Piscator munus annuncian- remissionis tantummodo nobis reliquum faciat, cum Christoid solum tribuat, ut in præcedentibus ostensum est. Non ignoramus quod Chrys. ait hom. de ieiunio. *ὁὐκ ἂν ποτὶς (ἱερεὺς) παρέχει τὴν ἀφεσὶν τῶν ἀμαρτιῶν, ἀλλ' ὁ μόνος ἀρχιερεὺς Χριστός.* Non ipse sacerdos tibi præbet remissionem peccatorum, sed magnus Pontifex Christus. Non negat sacerdotem remittere, sed discrimen inter eum qui minister est, & Deum qui Dominus est. Non tamen annuncians tantum, sed instrumentaliter agendo remittit. Optime Nyssenus in oratione de reprehensione. *ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῖς ὑποκόποις τὴν κληίδα τῶν ἐπιουρανίων τιμαῶν. γίνωσκε ὅτι λυθεὶς, ἀλύσοι, καὶ δεθεὶς τοῖς ἀσώτοις δεσμοῖς καὶ τῶν σφιδῶν. θανάτων γίνωσκες κελαιόθυτοι πνεύματι ἀπορρηγνύμενοι.* Dominus Christus per Petrum dedit Episcopis elatent, supercelestium preciorum. Cognosce te absolutum, si absolutus (subaudi ab Episcopo) Et ligatum, si vinculis inuisibilibus impediaris. Moriens cognosce, tibi clausa esse, quæ sunt reposita. Non igitur clausi, vincula, ligatio, solutio, ad solam annunciationem restringenda sunt.

VERSUS 4.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, ut quid cogitatis mala in cordibus vestris.

QVÆSTIO I.

An mala cogitationes eorum?

§. 1. **E**rtare eos docui, qui superiori versu illa verba, *ἀπὸν ἐν εἰσὶν αὐτῶν*, interpretati sunt, quasi inter se collocuti essent, nondum enim in verba proruperat malitiosa suspicio, id adeo nunc clarius intelligitur, cum Dominus non verba sed tacitas cogitationes accusat. Videbat enim reconditis animo & latentes criminationes, quas vocat *ἐνδομήριος*, eo quod in animo lateant: & ait *ὅτι ἐνδομήριος πονεῖ ἐν τοῖς καὶ εἰς αὐτῶν*. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris: Non desunt etiam Pharisæi sui defensores, cum enim Deum esse Christum ignorarent, & tamen peccata remittere viderent, quod solius Dei est: Isaia 43. 25. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas: non mi-

Adami Conzen. in Euang. Tom. I.

rum est, si cogitationes illæ inciderent de blasphemia. Sed nihil eorum, quæ de eorum defensione dicuntur audiendum est: Inspector cordium, cogitationum cognitor, immutabilis iustitiæ edicto eos damnauit.

§. 2. Quid quisque eorum cogitaret, nouit ille, qui iudicauit. Tria tamen præcipue in hoc eorum iudicio culpanda se offerunt. Primum est *περονία* siue velox in malum celeritas, ut remere iudicent, non quænis de plebe hominem, sed eum, in quo nullum peccatum notare poterant, quem sanctissimæ doctrinæ ergo omnes venerabantur, qui tot miraculis illustris, diuino testimonio dogmatum veritatem obsignarat. Cognoscere ergo, & interrogare oportuit, qua auctoritate id faceret, non damnare inauditum. Alterum est, quod ex primo colligitur, eos inuidia, æmulatione, alijsque prauis affectibus iudicasse. Qui enim cito damnat, libenter damnat: & odij signum est, cum sententia ita præcipitur, ut antequam examen & cognitionem. Odisse autem constat ex v. 10. ubi reprehendendi occasiones vestigant. Itaque & hic impio iudicio damnabant, eum blasphemiam & diabolicam *ἡντοῦ γενναῖα*, seu gaudii ob malum, exultabant, & gratulabantur eum in peccato deprehensum. Tertium est, quod iam animo iudicauerunt, Christum non esse Deum. Quamuis enim admittamus, eos vel omnes, vel quosdam fuisse excusatos, quod fide imperfecta nondum Deum esse Christum crederent. Non tamen pronuciare debuerunt Deum non esse, Deum esse non posse. Cui enim se Christum esse profiteretur, & in veteri scriptura Christus Deus esse dicitur, magnæ temeritatis fuit, contrarium iudicasse. Aliud est enim dabitur inter initia doctrinæ, an Iesus sit Messias: an Messias sit Deus? Aliud vero pronuciare, nec Messiam esse, nec Deum.

QVÆSTIO II.

An hinc Christi diuinitas probetur?

§. 1. **S**olius Dei est remittere peccata, cogitabant illi: Hic autem Deus non est. Christus violentum in ipsos retorquet. Solius Dei est, occultos animorum recessus, cogitationes cognoscere, illæ in conspectu meo sunt. Deus igitur ego sum. Hæc etenim vis eorum verborum, quibus eos & malitiæ, & erroris contumit. Id indicauit S. Athanasius homil. de semetipso: *Quid cordium cognitori ostenditis, quæ ab ipso videntur? Nonne subinde experimento percipistis, eum mentium cogitata intelligere? Non ille, qui dixit, Quid cogitatis mala in cordibus vestris, intelligit cogitationes animorum? scilicet spicarum confricationes non videbat, nouit ille & admirandus mortuus, liber inter mortuos. Id quoque S. Aug. l. 15. de Trinit. c. 10. indicat. Simulque ostendit, Deum intelligendo dicere; nam hi quoque dixerunt cogitando. Quid est enim dixerunt intra se nisi cogitando? Et quale est in libro sapientiæ: Dixerunt cogitantes: Tale est hic, cogitauerunt dicentes. Et illic enim & hic ostenditur, intra se, atque in corde suo dicere, id est cogitare.*

S. Athanasius ex modo sanandi, & respondendi Christi diuinitatem etiam asserit, disput. de Synodo Ariminensi & Selanciana. Verba eius, alioqui insignia, apponem. Et de Patre quidem ita scriptum est. *Dominus Deus tuus vnus Dominus est, & Deus Deorum locutus est: & vocauit terram: Et de Filio vero, Deus Dominus apparuit nobis & videbitur Dominus Deorum in Sion: Et rursus ita loquitur Deo Esaias, Quis Deus vt tu, tollens iniquitates, & transmittens iniustitias? Filius vero quos pollicetur ita allocutus est. Dimitte tibi peccata tua. Quo tempore Iudæi murmurantibus respondit illa peccatorum condonatione, dicens paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & ad domum tuam. De Deo quidem ita scripsit Paulus, Regis saculorum: De Filio vero ita cecinit Dauid.*

Attollite portas principes vestras, & eleuamini porte aeternales, & introibit rex gloria. Daniel porro hac audiuit, Regnum eius regnum aeternum & regnum eius non peribit. In summa, quaecumque inueneris de Patre dicta, eadem inueneris de Filio dicta, praterquam quod Pater non appelletur, ut iam superius à me dictum est. Si qui igitur aliud principium, & alium Patrem comminiscitur, eo quod in dictu istis de utroque omnia sint paria, furiosum commentum animo concipiet.

Novitas Ex hisce apparet, quam longe alio Spiritu S. Patres **hodierno-** in scripturarum translatione veritati sint, quam illi **heretico-** die, qui noua dum querunt, Arianos, similesque hereticos toto otio admittunt.

QVÆSTIO III.

An fides simul sit in voluntate & intellectu?

§. 1. **K**Emnitius ex eo, quod dicantur cogitare in cordibus deducit; Fidei tribuenda que ad intellectum & voluntatem pertinent. Sic ratiocinatur. Scriptura tribuit cordi, que ad voluntatem, & intellectum pertinent. Fides tribuitur cordi, corde creditur ad iustitiam. Cur igitur non poterunt fidei tribui, que ad intellectum, & voluntatem pertinent? Etenim admiranda est illa Philosophia. Cordi tribuuntur actiones intellectus & voluntatis; Cordi tribuitur fides, fidei ergo tribuuntur actiones intellectus & voluntatis; siue quod probandum erat; fides ergo est in voluntate, & intellectu. Cur enim, si insanire libet, non sic infert. Cordi tribuuntur cogitationes male, ut hoc loco. Cordi tribuitur fides, cur non ergo fidei cogitationes male imputantur?

Prudentia
inopia argu-
guriarum
copiam par-
rit.

Cor totum Respondeo, quod etiam respondunt alij & Bellar. **hominem** I. i. de iustificat. c. 6. Cordi ista tribui, quia cor in scri- **interiorem** ptura pro toto interiore homine accipi solet, ideo illi **significat.** omnes actiones interiores tribuuntur, tam voluntatis quam intellectus, imo appetitum aliarum, & sensuum, pro toto homine aliquando sumitur. O corda oblita laborum, O fida pectora. Insonos rustica corda patres.

Contra ista parum sibi constans obijcit de iustificatione, lectione 220. Pareus. [Verum quidem, cor aliquando pro tota anima accipi in sacris literis, ut, Munda manus, & mundus corde. Incircumcisi auribus & corde sed non semper, ut Deut. 6. c. Diliges Iehouā Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & tota fortitudine tua. Sic Deut. 10. 12. & c. 13. 3. & 1. Reg. 8. 48. 2. Paralip. 6. 38. Matth. 22. 37. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, &c. quibus locis cor ab anima, tanquam pars à toto, & à mente, tanquam pars à parte animæ expresse distinguitur. Dilectio vero tam totius animæ, quam totius mentis & cordis lege præcipitur. Quis igitur non intelligit, vanam esse aduersarij stopham, fidem ideo non esse assensum & fiduciam, quia vna virtus non possit nisi ad vnā potentiam pertinere? Hæc proinde Philosophia sophistarum, cum Philosophia Spiritus Sancti non concordat.]

Hoc argumentū à Kemnicio primo calore effusum, stolidius defenditur. Nulla enim est veri similitudo in hac consequentia. Cordi tribuitur intelligentia, ut & voluntas; ergo etiam fidei. Cor aliquando à mente distinguitur ergo vna virtus potest ad duas potentias pertinere. Non enim si potentia alicuius est multiplex non potest significatio, etiam fidei sit necesse est. Porro vnā virtutem esse in vna tantū potentia, luce clarius est. Quæ enim est in voluntate eius actio est amor, odium, desiderium, gaudium. Eius quæ in mente intellectio, assensus, dissensus, iudiciū; Quæ admodum igitur non potest intellectus velle nec voluntas intelligere. audire visus, videre tactus, ita nec vna virtus est nisi in vna potentia, si enim virtus est in intellectu, non potest simul esse in alia facultate. Nec est hæc stopha reced-

tiorum, ut illi calumniantur, sed doctrina antiqua D. Th. 1. 2. q. 56. a. 2. Virtutes enim sunt habitus, qui potentias exornant, ac perficiunt, ut earum actus faciant bonos, itaque in obiecta sua tendunt sub limitatione eadem, quæ etiam tendunt potentia, itaque conueniunt in eodem genere. Quamuis autem virtus in vna potentia vincta, lectu in harenis, non possit etiam in alia inherere, interdum tamen aliarum virtutum actiones ducit, ut prudentia, quæ in omnibus virtutibus vim exercet suam, & operatur. Sic & fides, fiduciam, zelum, alia gubernat, non tamen est in earum virtutum potentia. Hæc de re videndus Aristoteles. Nicomach. 1. 6. primis cap. Scotus in 3. dist. 33. q. 1. Bonauent. in 3. dist. 33. art. vnic. q. 3. Richardus ibidem art. 1. noster Vasquez, & Valentia in 1. 2. q. 56. a. 2. Gabr. in 3. dist. 23. q. 1. prop. 5. adeo ne Philosophorum quidem pueri hanc ruditer ferant, si quis dicat; vna numero virtutem duabus in potentia esse, nec enim habitus, nec actus potest esse in diuersis potentia. Fides enim hoc loco est actualis, quia scilicet actu crediderunt, ideo Christi sunt experti beneficentiam, non potest actus assentiendi esse in alio quam in intellectu; sicut nec actus sperandi nisi in voluntate.

Verum quid ego senem & imperitum, & prauum doceo; audiat suum Iacobum ad Portum in defensione fidei orthodoxæ contra Christophorum Ostorodum cap. 30. [Ex quibus verbis luculenter apparet, verum esse id quod præstantissimi Theologi, imprimis vero Caluinus & Beza obseruauerunt, nempe *πιστις*, id est, fiducia, à fide, tanquam effectum à causa, differre, ac proinde à nonnullis perperam, pro fide substitui ipsum fiduciam nomen, quamuis illa duo, indissolubili nexu ac vinculo, quoties de fide iustificat agit, cohareant. Differunt enim *πίστις* & *πίστος*, seu *πίστις* fides ac fiducia, non tantum ut causa & effectus, sicut ex citato testimonio liquet, & ex sequentibus amplius patebit, verum etiam, subiecto, actu, atque obiecto distinguuntur. Subiecto proprio: nam si essentiam, & actum primum ipsius fidei respicias, subiectum ipsum ipsum fiduciam, & proprium est intellectus, non quidem theoreticus tantum, sed etiam practicus: Fiducia vero vtrunque radicem habet in intellectu, sedem tamè proprie in corde figit, ibique aduersus omnes dubitationis ac desperationis insultus, castra metatur. Actus, quia fides amplectitur veritatem propositionis Evangelicæ indefinitæ & singulariter quidem etiam, sed sub præscripta conditione, quo videlicet credit homo, Christum esse promissum illum saluatorem mundi & suum quoque, si in ipsum credat seu omnes credentes in Christum saluos esse: & se quoque si in ipsum crediderit. Fiducia vero consequens propositionis, id est, promissum fidei præmium, nempe vitam æternam, sibi applicat absolute ac specialiter, propter certitudinē antecedentis, quia videlicet homo ille scit & sentit, se credere: ac proinde fides est assensus, seu certo persuasa intelligentia, & notitia de veritate sermonis Evangelici, propter infallibilem veritatem, & infinitam potentiam Dei: Fiducia vero est specialis applicatio, seu de reconciliatione cū Deo, per mortem Christi facta, ac fidei præmio, vitæ videlicet æternæ, hereditate consequenda, persuasio, propter fidem, tanquam necessarium antecedens, cui Deus salutem, & omnes benedictiones spirituales promisit ac destinavit, & sine qua, nec in filium adoptare, nec vitæ æternæ participem facere quengam decreuit.]

Ille quidem suorum more ineptit, de certitudine & applicatione, hoc tamen didicit, diuersis in potentia esse fidem & fiduciam. Fidem antecedere, sequi fiduciam. Ecce autem Pareus vocat has stophas Sophistarum, & Philosophiam non concordantem cum Philosophia Spiritus Sancti: at vero Iacobus ad Portum hanc

hanc sibi distinctionem necessariam arbitrat ad retinendos Socinianos. Prodi enim fidem ab illis, qui illa confundant.

VERSUS 5.6.7.8.

Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere surge & ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait Paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. & surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turba timuerunt, & glorificauerunt Deum.

QUESTIO I.

An ex potestate Christo datâ recte noui heretici doceant, Deum non esse ubique, aut Christum in terra non fuisse?

Deum?

§. 1. A nostrorum temporum infelicitate nulla hæresis abest, ut experientia docetur. Sociniani, qui veterum Samosatensianorum, aliorumque ores & barathro fuscitant, Christum non fuisse Deum, sed aliquam potestatem, seu virtutem diuinam celitus habuisse dixerunt, cum obambulare in Iudæa, eamque cum Christo obambulasse in terrâ & comitatam, ut illi ad miracula edenda videretur. Defensionem illius erroris præstitit Vorstius dum negat Dei immensitatem: Si enim Deus in solo cælo resideret, ut Vorstius docet, in eoque est tantum ratione substantia, ut in modestâ responsione ad Britannia regis accusationem responderet, si maiestas Dei postulet, ut substantiam suam ab hisce rebus terrenis & fardis abstrahat. Si nihil infinitum esse potest, Deusque certa specie definitur. Non potuit esse in cælo Deus, & cum Christo in his sordidis & terrenis locis. Vorstius quidem more Iuliani dubitando, & querendo disputat, sed tamen aliquando etiam affirmando, aut ea asserendo ex quibus ista euidenter consequuntur. Ne vero offendar aicte Lombardum, Thomam, Scotum, Gregorium de Valentia, aliosque Scholasticos oppugnare. Sed non minus suos ipse oppugnat, Zanchium, aliosque: licet recentiores sensum cedant. Equidem non est huius loci Dei immensitatem, quod in prima parte Theologi faciunt. Hoc loco tamen perfidè vtuntur: Non enim si Dei virtutem habuit homo, qui dicitur Christus, non ideo Deus non esse dicendus est. Imo quia virtute Dei, quâ absolute, & cum summa autoritate miracula edebat, præditus erat, etiam Deus dicendus est: Suprema enim potestas, quâ in patrandis rebus supra naturæ ordinem, vtatur, creaturæ non potest communicari ut c. 7. ostendi.

§. 2. Mihi vero admirabile visum est, non factum Vorstii; nam aliorum exemplo fecit: sed audacia ministrorum Leovaldensium in Frisia Vorstianorum Antagonistarum, qui in specimine conscientia, Candoris, Veracitatis, simplicitatis, & pietatis D. Vorstii, obiciunt eum non contra Scholasticos, sed Patres agere. Ipse salsus est, inquit, Patres qui Scholasticis sunt hæc præmissa, receperunt thesin docuisse & defendisse; quid ergo mouet litem Scholasticis, & non potius ipsis patribus? Sed rei nouitas & insolentia titulo & preteritu minus odioso erat

mollienda. Verum hoc non est bona fide agere. Norunt pridem viri in orbe Christiano clarissimi, & cum dolore testati sunt Vorstium qui se quasinatum iactat ad Scholasticorum tricas eliminandas (intricatioris saltem reponendo) omnibus Scholasticorum tricas & argutis suis in hoc ipso libro de Deo intricatissimis, & argutissimis quodlibeticis & scepticis palman Magistrali supercilio eripuisse, & quidem scopo destabiliore. Conscientiam vestram appello, specimen candoris, veracitatis, pietatis date. Nunquid in omnibus articulis controuersis hoc à vobis omnibus agitur? Nonne ut minus odiosa sit hæresis nouitas eam patribus asseritis, & contra notos Scholasticos clamitatis? Cum Christo igitur Deus erat, modo prorsus peculiaris, non virtus Dei tantum. Dei virtus & potentia esse non potest vspiam, nisi ubi Deus est: est enim & ipsa Deus. Trinitatis proprium est, quia non est corpus, ut sit ubique tota, & per spacia locorum non sit diuisa. Optime Hilarius in Plal. 118. Deus appropians ego sum & non Deus de longe, dicit Dominus, non corporalibus locis Deus continetur neque finibus aut spaciis diuinæ virtutis immensitas coarctatur. Adeo ubique, & totus ubique est, non pro parte vsquam est; sed in omnibus omnino est. Et Greg. in Ezech. hom. 8. In solo creatoris sui lumine fidei sua oculos (homo) figat: quod vnus viuificet omnia, quæ creauit Deus quod ubique est, & ubique totus est; quod incircumscriptus & incomprehensibilis sentiri potest, & videri non potest.

Iustinus Martyr in exposit. fidei. Simili modo mihi in animo considera iustitia solem, vniuersis quidem, ex æquo substantia, ut qui Deus sit presto esse.

Vigilius lib. 4. contra Eutychem. Christus circumscribitur loco per naturam carnis suæ.

Hilarius. Sicut in sole est quod videas, si hoc velis videre, Deus o quod possis, amittas autem, quod potes videre, dum quod non potes, niteris: ita & in rebus Dei habes, quod intelligas, si in-bus adeo, telligere quod potes, velis. Caterum si vltra quam potes, speres interest, id quoque quod potuisti, posse non poteris. Id vero non virtute aliqua externa, sed substantia sua: & docet Iustinus Martyr in expositione fidei. Simili modo animo iustitia solem considera vniuersis quidem ex æquo substantia, ut qui Deus sit, presto esse. Vere igitur sancteque Vigilius l. 4. aduersum Eutychem. Christus circumscribitur per naturam carnis suæ, & loco non capitur, per naturam diuinitatis suæ. Porro vnde Vorstius erroris sui succos venenatos hauserit fontem indicat in excerptis ex annotationibus, num. 3. ad pag. 232. Et præterea firmiter gide litteram S. Scriptura vtriusque sententia membrum verum esse constabit. Nam neque vspiam diserte scriptum est substantiam Dei simpliciter, seu quouis modo immensam & infinitam esse. Et quæ dicta S. Scriptura vulgo hinc citari solent, ea Calvinus, & alij quidam Dd. horsum pertinere negant.

Eos inter numerare potest & Piscatorem, aliosque, de quibus alio dixi loco.

Interim ne sit locus vllus tantæ profanitati, pie philosophari Christianus addiscat, & veteres hac de re consula: qui Deum semper vniuersum & ubique profitentur. Iustinus q. & resp. ad Græcos & ad Orthodox. Iren. aduersus Hæret. l. 4. c. 36. l. 7. c. 1. Tertul. Apolog. & aduersus Praxeam. c. 16.

QUESTIO II.

An his ante ostensa Christi diuinitas confirmetur?

§. 1. Noster interpres vertit ἡ δὲ εἰς; Quid enim est facilius? Beza. vtrum est facilius, nouum esse aic in lingua Latina, quod noster habet. At vero æque nouum est in lingua Græca, in qua dixit Spiritus ἡ, non ἀπὸ τοῦ, quid, non vtrum. addo & in Syriacā Mana. Eadem igitur superstitione & noster